



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Gallia Vindicata, In Qua Testimoniis Exemplisque
Gallicanæ Præsertim Ecclesiæ, Quæ Pro Regalia, Ac
Quatuor Parisiensibus Propositionibus A Ludovico
Maimburgo, Aliisque producta sunt, Refutantur**

Sfondrati, Celestino

[Ort nicht ermittelt], MDCLXXXVIII.

5. Et Hadriani in Desiderium Regem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38277

Gaguinus : (a) Stephanus autem ut Regi gratificaretur, Pipino benedixit, & posteritati ejus, atq; qui temeritate aliqua adversus Francos bella moverent, Communionem Christianam interdixit.

Abbas Ursperg : (b) Francorum Populos unam cum Proceribus auctoritate B. Petri Apostoli obligavit, & protestatus est eos, ut nunquam de alia stirpe sibi Regem proponerent, quos divina Providentia in defensionem Ecclesie dignata est sublimare.

Paulus Æmilius : (c) Hanc celebritate Pipinum coronavit, sacraque unctione imbuit, omniaque fausta in omne tempus apprecatus est. simul divis, detestationis, insectatus, si quis contra moliri auderet, ita prius acceptum Jus regnandi, tunc quasi divinitus confirmatum, & immortale factum in ea familia videbatur.

Nauclerus : Stephanus Papa, ut Ecclesie defendendae spem accepit, Pipinum sacra unctione in Regis dignitatis honore confirmavit. Pipino benedixit, & posteritati ejus, atque qui temeritate aliqua adversus Francos bella moveret, Communionem Christianam interdixit.

Carolus Sigonius : (d) Solemni pompa Cavolum, & Carolomanum Reges inuixit, solemnem carmine adstantes Francorum Proceres sacra detestationis obstringens, ne quando alios, quam ex illorum progenie regnare juberent, quos constaret, Divinam Providentiam ad Catholica Ecclesie tutelam adscitos, Universam interim Francorum Nobilitate plaudente.

Habemus hic iterum, quid senserit Gallia de pontificis potestate, tantum enim abest, obstiterit Pontifici, ista decernenti, ut potius & audierit, & oraverit, & Regnatrices Capetam ac Borboniam familias Pontifici Romano debeant.

V. Anno DCCLXXIII. Desiderius Longobardorum Rex Ecclesie Ditiones populatur, exarchiam Ravennatem occupat, & Romam cum exercitu movet : causa belli, præter regnandi cupiditatem, quod Hadrianus Pontifex nolle Carolomanni liberos, nepotesque Desiderij ex filia Carolomanno nupta, Reges, habilesque paterno Regno, quod totum Carolo Magno cesserat, appellare. Audi Æmilius : Longobardus contendebat, ut Hadrianus Pontifex Carolomanni liberos, eosdem Pipini nepotes Reges appellaret, inungeretque, quod ejus iudicium Sanctum apud Francos fore non dubitaret, Regnumque paternum ad adolescentulos rediturum. Vides hic iterum, quænam tunc temporis Francorum mens & sententia fuerit, quamque etiam apud Barbaros vulgata.

Xxx 3

VI. Anno

(a) Gaguin. hist. Franco. lib. 3. f. 45. (b) Abb. Ursperg. ad ann. 753. (c) Æmil. in vita Pipini præp. init. (d) Carolus Sigo. lib. 3. Italiae ad ann. 754.